



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

Luxemburgi, 1748

CCLI. Confirmatio Decreti Sacr. Congregationis Rituum super electione B.
Mariæ Virginis Immaculatæ in Patronam Principalem Regni Siciliæ ultra
Pharum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](#)

1739.
Congrega-
tionis De-
cretum.

Apostolica
confirmatio.

Decretum
pro perpe-
tua obser-
vatione.

Obstantium
der. gato.

Dat. die 2.
Martii 1739.
An. IX.

CCLI.

Communi-
tates Sicilia
S. Franci-
cum de Pau-

§. 2. Ad corundem exponentium supplicatio-
nem, ab eadem Congregatione Cardinalium ema-
navit decretum tenoris, qui sequitur videlicet :
Sacra Congregatio Emorum, & Rmorum S. R.
E. Cardinalium negotis, & Consultationibus E-
pisoporum, & Regularium praeposita, ad quam
SSimus Dñus Noster supplicem libellum remisit,
attentis relationibus Eminentissimi Firao apud
Sandam Sedem Protectoris, ac Patris Procurato-
ris Generalis decrevit, et declaravit - - Electio-
nis Regentis Provincialis esse in his casibus fa-
ciendam a Vicario Generali una cum Definitorib-
us Provincialibus ad formam declarationis præ-
fati Cardinalis Sauli. Romæ 23. Januarii 1739.
-- J. Card. Firao C. Archiepiscopus Damiate
loco + Sigilli.

§. 3. Cum autem dicti Exponentes Nobis sub-
inde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmo-
di, quo firmius subsistat, Apostolica confirmatio-
nis Nostræ patrocinio communiri summopere
desiderent.

§. 4. Nos ipso exponentes specialibus favori-
bus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singu-
lares personas a quibusvis excommunicationis,
suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis
sententiis, censuris, & poenis a Jure vel ab ho-
mene quavis occasione, vel causa latis, si quibus
quomodolibet inmodata existunt, ad effectum
præsentium dumtaxat consequendum harum serie
absolventes, & absolutas fore carentes, supple-
cationibus eorum nomine nobis super hoc humili-
ter porrectis inclinati. Decretum præinfertum,
auctoritate Apostolica tenore præsentium appro-
bamus, & confirmamus, illique inviolabiliter A-
postolicae firmitatis robur addicimus, salva tamen
semper in præmissis auctoritate Congregationis me-
moratorum Cardinalium.

§. 5. Decernentes eadem præsentes literas fir-
mas, validas, & efficaces existere, & fore, suo-
que plenarios, & integros effectus fortiri, & ob-
tinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore
quodcumque spectabit, plenissime suffragari,
neque in præmissis per quoscumque Judices Ordina-
rios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apo-
stolici Auditores judicari, & defini debere, ac
irritum, & inane, si secus super his a quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & or-
dinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Congre-
gationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis firmitate alia robo-
ratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis
quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrari-
um præmissorum quomodolibet concessis, con-
firmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singu-
ulis illorum tenores, præsentibus pro plene,
& sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum
insertis habentes; illis alias in suo labore perman-
furis, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse
derogamus, ceterisque contrariai quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscatoris die 2. Martii 1739. Pontifica-
tus nostri Anno nono.

Confirmatio Decreti Sac. Congregationis Ri-
tuum super electione B. M. V. Immaculatae
in Patronam Principalem Regni Siciliae ultra
Pharum.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Nuper sicut accepimus, dilecti Filii Com-
munitates, Universitates, & Homines
Regni Siciliae ultra Pharum pro ea, quam idem
erga S. Franciscum de Paula profiterunt venera-

tione in Generalibus Comitiis per Regni præfati,
ut vocant, Deputatos, eodem S. Francisco in
Patronum principalem dicti Regni electo, etiam
a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostro-
rum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus propo-
sitorum electionis hujusmodi approbationem, ad-
dicta insuper quoad suffragiorum secerorum de-
fectum sanatione, obtinuerunt.

§. 2. Quoniam autem, dubium circa execu-
tionem Decreti approbationis a Congregatione præ-
fata editi a dilectis quoque filiis Communitate, Uni-
versitate, & Hominibus Civitatis Panormitanæ
B.M.V. Immaculatae jamdiu Principalem Re-
gni præfati Patronam haberientibus excitatum
fuit, a Congregatione prædicta supplici libello
procreto pro nova Audientia, rescriptum fuit.

§. 3. Nos itaque qui pro Supremo Apostolici
muneric Officio Sacrosanctam Catholicam Reli-
gionem Sacrumque Cultum promovere, ut par-
est, atque in dies benedicente Domino, augere
fætigimur, prævia avocatione causæ ab eadem
Congregatione, ne pia Christifidelium æmulatio
examine causæ hujusmodi diutius protracto, Di-
vinorum Officiorum ordinem fortasse interturbaret;
ac re mature discussa, prius etiam Deputatum
præfatorum precibus per Epistolam ad Nos
nuperime datam humiliter porrectis, quantum
cum Domino possumus, favorabiliter annuere vo-
lentes, eorumque singulares Personas a quibusvis
excommunicationis, suspensionis, & int. dicti
aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, &
poenis a Jure, vel ab homine, quavis occasio-
ne, vel causa latis, si quibus quomodolibet inno-
date existunt, ad effectum præsentium dumtaxat
consequendum, harum serie absolventes, & ab-
solutas fore carentes, de nonnullorum Venerabili-
rum Fratrum Nostrorum ejusdem S.R.E. Cardinalium
Congregationis præfate specialiter depu-
tatorum Consilio, Beatum Mariam Virginem Im-
maculatam in Principalem Regni præfati Patro-
nam, ut majora eidem semper a Christifidelibus
impendantur obsequia, & religiosa populorum
pietas præsentissimo ejusdem fruatur patrocinio,
quatenus opus sit, auctoritate Apostolica tenore
præsentium denuo confirmamus; necnon Clero
Sacerdotali totius præfati Regni, ut quot annis Fe-
stum Sancti Francisci de Paula tamquam Patroni
Principalis ejusdem Regni ex Praecepto Ecclesiæ
recolant, atque illius Officium, ac Missam cum
Oratione recitent, & celebrent, auctoritate, &
tenore præfatis injungimus.

§. 4. Non obstante, præmissis, ac Constitutioni-
bus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus
opus sit, dicti Regni, & aliis quibuslibet
consuetudinibus, privilegiis, indultis, & literis
Apostolicis in contrarium præmissorum quomodo-
libet concessis, confirmatis, aut innovatis. Qui-
bus omnibus, & singulis pro hac tantum vice,
& ad hunc dumtaxat effectum specialiter, & ex-
prese derogamus, ceterisque contrariai quibus-
cumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscatoris die 18. Martii 1739. Pont. No-
stri Anno Nono.

Pro D. Card. Passioneo.
Cajetanus Amatus.

Confirmatio Capituli Generalis Ordinis Cister-
cienesis Anno 1739. celebrati.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Praelatura Cisterciensis Ordinis ab ipso In-
stituti sui exordio pro Catholica Reli-
gione semper sibi, ac potissimum Sanctis Ste-

phano,

La eligunt in
Patronum.

Civitas Pa-
normitana
jamdiu B.M.
V. Immacu-
latam habuit
Patronum.

Decretit
Pontifex B.
M. V. Im-
maculatae
fore Patro-
nam princi-
palem.

Festum San-
cti Franci-
ci de Paula
tamquam Pa-
tronu[m] pri-
ncipal[is] cele-
brandum.

Derogatio
contra-
rum.

Dat. die 18.
Martii 1739.
An. IX.

CCLII.

Habita tan-
dem Ordinis
Cisterciensis
generalia
comitia.